



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

19. De miraculo, quo fides resurrectionis probata est contra quendam de ea dubitante, & co[n]tra hæreticos circa annum Domini 1111. grassantes, ac dicentes: quomodo corpus Dominicum post ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

iam deinceps, ne dubites vitam manere post mortem. Ita sibi homo fidelis, ablatam dicit huiusrei dubitationem. Quo docente, nisi prudentia & misericordia Dei?

Rupertus Abbas Tuitiensis libr. 7. de diuinis officijs cap. 4. De miraculo, quo fides resurrectionis probata est contra quendam, de ea dubitante, & contra hereticos circa annum Domini IIII, grassantes, ac dicentes: quomodo corpus Dominicum post resurrectionem verum fuerit, quod clausis ad discipulos ianuis introiuit.

CAP. XIX.

HOC sancto Paschæ sabbato, quo cerco (de cuius quoque præconijs superius aliqua diximus) annus ab Incarnatione

Domini millesimus ceteresimus vndecimus inscriptus est in Ecclesia S. Laurentij, ad proce-
dentes eiusdem diei matutinos extinctis de-
more cunctis luminaribus, dum eorum vlti-
mum extingueretur, & ad canticum Euange-
lij, hæc antiphona à Domino Abbate Beringe-
ro imponeretur, Mulieres sedentes ad monu-
mentum, ecce repente ante pedes fratris eu-
iusdam nostri proiectum cecidit ipsius quo-
firmiter substrictus erat, cingulum. Ille solu-
tum esse, & sic cecidisse suspicatus, quod ta-
men mirum fuisset, quia cum delapsum fue-
rat, neque circum crura pedesque descende-
rat, sed ante pedes quasi proiectum (vt dictum
est) exilierat: inclinavit se, vt tollens illud,
rursum

*Lauren. Tra-
iecte vbi ma-
nachus nune-
erat Ruper-
tus hic ay-
thorisse Tri-
themio.*

rursum sese accingeret: Cumque manus in-
 cisset, ut illud sibi circumdaret, nodum
 erat fortiter astrictus, non cedere sibi, ut
 quam dici potest admiratus est. Intendens
 & secum cum stupore magno reputans, quia
 nam hoc sibi vellet, ecce vox facta est, & sibi
 lum tanquam auræ tenuis audiuit, dicens
 sibi: Sic potuit clauso Christus prodire sepul-
 chro. Siquidem hæc, ut ipse referens testatur
 est, admiratio mentem eius persæpe suble-
 quomodo verum Domini corpus, unde ipse
 nullatenus dubitabat, clauso resurgere memo-
 mento, clausis potuit ianuis ingredi ad disci-
 pulos. Similem historiam narrat D. Augu-
 libr. 22. cap. 8. de ciuitate DEI, de Patronia
 mina clarissima, quæ cum diuturno languore
 detenta esset, adeo ut medicorum adiutoria
 cuncta defecissent, apud memoriam S. Stepha-
 ni mirabiliter curata est. Deficiente itaque
 medicorum ope, persuadebatur à Iudæo quodam,
 ut annulū capillitio cingulo inferret, quo
 quo sub omni veste ad nuda corporis cingeretur:
 qui annulus haberet sub gemma lapidem
 inuentum in renibus bonis. Hoc alligata quæ
 remedio, ad sancti martyris limina ventura
 Sed profecta à Carthagine, cum in confluente
 fluminis Bagradæ, in sua possessione man-
 set, surgens ut iter perageret, ante pedes suos
 illum iacentem annulum vidit, & capillitium
 zonam qua fuerat alligatus, mirata tenacitate
 quam cum omnino suis nodis firmisimis

cut fuerat, comperisset astrictam, crepuisse
 atque exilijsse annulum suspicata est: qui eti-
 am ipse cum integerrimus fuisset inuenus,
 futuræ salutis quodammodo pignus de tanto
 miraculo se accepisse præsumpsit, atque illud
 vinculum soluens, simul cum eodem annulo
 proiecit in flumen. Non credunt hoc, qui eti-
 am Dominum IESVM, per integra. Virgi-
 nalia matris enixum, & ad discipulos ostijs
 clausis ingressum fuisse non credunt.

*D. Augustinus lib. de cura pro mortuis gerenda
 cap. 11. Pater defunctus anxio filio apparet
 in somnis & de Chirographo certiore red-
 dit.*

C A P. X X.

PRO certo cum Mediolani essemus, au-
 diuimus, quod cum debitum repeteretur,
 à quodam defuncti patris cautione
 prolata, quod filio nesciente à patre iam fue-
 rat persolutum, contristari homo grauissimè
 cœpit atque mirari, quod ei pater moriens,
 non dixerit quid deberet, cum fecisset etiam
 testamentum. Tunc nimis anxio apparuit i-
 dem pater eius in somnis, & ubi esset recau-
 tum, quo illa cautio vacuata fuerat, indicauit.
 Quo inuento iuuenis atque monstrato, non
 solum falsi debiti calumniam propulsauit,
 sed etiam paternum recepit chirographum,
 quod pater non receperat, quando persoluta
 est pecunia.

D. An.